Urkundenbuch

zur

Geschichte von Böhmen,

als

Beilage zur Monatschrift

der

Gesellschaft

des

vaterländischen Museums

in Böhmen.

Prag,
im Verlag des böhmischen Museums.
1827.

Digitized by Google

I. Zu den Verhandlungen über die neue Königswahl im J. 1440. (Erster Jahrgang, 1ſtes und 2tes Heft.)

1. K. Elisabeth an die böhmischen Stände, d. Adon, 1. Nov. 1439.

Elisabeth dei gratia regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Austriaeque et Stiriae ducissa, nec non marchionissa Moraviae etc.

Nobiles et magnifici ac prudentes viri, fideles nostri sincere et grate dilecti! Omnia quae per fideles nostros nobiles viros, Johannem de Smitic et Nicolaum Sokol de Lamberg, solennes nostros nuntios et ambassiatores condam Ser. Principi D. Alberto Romanorum ac Hungariae, Bohemiae etc. regi, domino et conthorali nostro carissimo, sed et nostrae Majestati intimastis, pleno habuimus intellectu; qui vivente adhuc ipso condam domino nostro rege et eo in humanis agente, ab eodem literas suas vobis loquentes habentes, sed et a Maj. nostra plenam relationem super vestris intimatis obtinentes, ad vestras sunt redituri Fidelitates. Unde fideles nostri dilecti, de vobis veluti nativis fidelibus subditis confidentes, fidelitatem vestram requirimus exhortatione diligenti, quatenus mox habita praesentium notitia, in unum locum vobis opportunum atque solitum generaliter convenientes, de et super scripturis praefati condam domini nostri regis atque nostris intimationibus nativa fidelitate tractare, et ea quae nostrum et prolium nostrarum atque vestrum generaliter respiciunt honorem, omni studio concludere, ac tractata et conclusa nostrae quantocius per vestros solennes nuntios et ambassiatores velitis intimare et denuntiare Majestati. Firmam siquidem spem et indubitatam fiduciam in vobis gerimus, quin ea voluntate et fidelitate ad nostram eritis Serenitatem, qua intemerate fuistis ad nostros progenitores et reges prae-

Digitized by Google

decessores. Datum in villa nostra Adon vocata, in festo Omnium Sanctorum, anno domini MCCCCXXX° nono.

De commissione propria dominae Reginae.

Nobilibus et magnificis ac prudentibus viris, universis magnatibus, nobilibus et proceribus regni nostri Bohemiae, item magistro civium ac scabinis et toti communitati civitatis nostrae Pragensis, fidelibus nostris grate et sincere dilectis. (Ex orig. archivi Trebonensis.)

2. Elisabeth an den Herrn Ulrich von Rosenberg, d. Altofen, 6. Dec. 1439.

Elisabeth dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. regina, ac ducissa Austriae nec non marchionissa Moraviae.

Fidelis dilecte! Informatae sumus clarissime, qualiter felicis memoriae domini genitor et maritus nostri in te singularem confidentiam habuerunt, et quod in negotiis eorum semper fuisti constans et fidelis: et ea fiducia ad tuam fidelitatam etiam singularem habemus recursum, rogando, ut negotia nostra et puerorum nostrorum ac juris legitimi, quod nobis in regno Bohemiae competit, velis habere recommissum (sic). Misissemus libenter ad congregationem illam super festo Luciae solennes nostros oratores: sed brevitas temporis, quia illud noviter resciv imus, nos impedivit. Tamen misimus et scripsimus ad congregationem praefatam; et sic etiam rogamus, quatenus cooperari velis, ut supersedeatur ab omni actu et nihil incipiatur novi per aliquam festinantiam, quod esse possit contra jus nostrum et puerorum nostrorum, sed omnia differantur. Mittemus quidem post brevi (sic) temporis lapsum solennem ambassiatam ad vos aliosque ejusdem regni nostri Bohemiae fideles; et tandem postquam concedente domino de partus lecto, cui propinqua sumus, liberabimur, ad locum talem medium accedere cupimus, ubi simul nostra conventio commode fieri poterit, ac extunc cum tuo et aliorum fidelium consilio paci et utilitati regni providebimus. Confidentes in tua fidelitate, quod habendo respectum ad deum et justitiam nostram et ad beneficia ge-

Digitized by Google

nitoris nostri tibi impensa, hoc justum nostrum desiderium fidelitate solita adimplebis; recepturus a Ser. Nostra gratiam et favorem, quos tibi libenti animo impendemus. Datum in castro nostro Veteris Budae, in festo beati Nicolai confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

Ex commissione propria dominae Reginae.
Nobili Ulrico de Rosenberg
fideli nostro dilecto. (Ex orig. archivi Trebon.)

3. Eidesformel der Deputirten zur Königswahl.

In hac forma praestiterunt juramentum electores Regis Bohemiae, quilibet in speciali, anno etc. XL°.

„Já N. přiſahám bohu, matce božie, wſſem ſwatým, i obci wſſj Koruny Čeſké, že w gednánj a wolenj krále Čeſkého nebudu ginák raditi ani koho woliti z wuole a úmyſla ſwého, než upřiemně cožby bylo k chwále božj a obecnému dobrému koruny této, w tom nic nehledě ſtranniebo, ni pro přiezeň, ni pro dary, ni pro kterýkoli užitek ſwuog, ani otpierati z bněwu, nepřiezni aneb kterékoli nechuti, řádnému a k tomu hodnému, kterýžby byl k tomu nalezen způſobný, tak daleko gakoby naydéle rozum muog ſtačiti mohl. A o těch wěcech potřebných cožkoli bude mluweno, i o wolenj krále, ſlibugi pod tuž přjſahú w tagnoſti zachowati, a obyčegem ižádným toho newypnáſſeti, ani kterakkoli zgewowati člowěku ižádnému. Toho mi buoh pomoz i wſſichni ſwětj a božie umučenie.“

Isti vero electi sunt ad equitandum pro rege: Dominus de Rosis, D. Menhardus, D. Hynce Ptak, D. Gitiko Boček, D. Jaroslaw Plichta; Joh. Smiticky, Hertwik, Jakubek, Wencesl. Zmrzlik, Malowec; Pessiko de Kunwald alias a Stella, Paulus Getřichonis. (E codice privilegiorum vet. Prag.)

4. K. Eliſabeth an die böhm. Abgeſandten nach Cham, d. Haimburg, 27. Aug. 1440.

Elizabeth z božie miloſti králowá Uherſká ꝛc. dědička králowſtwie Čeſkého a knězna Rakúſká ꝛc.

Digitized by Google

Urozenj, ſtatečnj, ſlowútnj, opatrnj a wěrnj zwláſtě milj! Srozuměwſſe ondy ano Sněm zemſký w Praze ſebraný, i ti kteřjž ſú tu byli, o krále budúcieho té země gednagjce, předſewzali ſú ugce naſſeho kněze Albrechta Baworſkého: i hned ſme poſly ſwé do Čech poſlali gmenowité, kterébychme i prwé rádi byli tam poſlali, bychme od Uhruow nebyli bindrowáni; gakož pak tjž poſlowé tudiež wás těch přjčin dobře zprawiti mohli. Potom také ſlyſſiece, ano to wolenie ſe giž zgewuge, opět ſme po Hanuſſkowi ſluženjku naſſem do Čech pſali, oznamugjce naſſi i ſyna naſſeho milého ſprawedliwoſt, a proſiece abychme od nie mimo práwa ſtarodáwná té země odtiſtěni nebyli. Pak giž nás doſſlo geſt, kterak ani to poſelſtwie naſſe ani pjſmo w tom wás ani ginými nehnulo, než že to wolenie giž obláſſeno geſt, a že ſte na to k gmenowanému ugci naſſemu wyſláni do Kúby, abyſſte geg za pána přigeli, a ſnad i do Čech uwedli, gakož ſlyſſjme. Kteréžto wěci těžké, a nám i wſſem giným doſti gſú diwné; poněwadž my i ſyn nás i děti naſſe před pánem bohem máme práwo ſwětlé a nepochybené dědické po pradědiech, dědiech, otci i giných předciech naſſich, také po ſtarodáwnjch prawiech a zlatých bullách, kterými země Česká wyſazena geſt; tak že ſe wolenie žádné ſprawedliwé ſtati nemóž, dokudž které plemeno rodu králowſkého zuoſtáwá, a zwláſtě také proti ſtarým zápiſóm Čeſké a Rakúſké země, od waſſich předków ſlawně utworzeným. Protož wás napomjnáme což nayſnažněgi mózem, žádáme i proſjme s pilnoſtj, abyſſte těch wěcj odpadli, a s ugcem naſſjm, kterémuž ſme i prwé i nynie o to pſali geg tuze napomjnagjce, nic nekonali, geſtoby proti prámu naſſemu dědičnému a k neſnázi a roztrženj té země přigjti mohlo; než abyſſte k nám a k ſynu naſſemu gakožto k prawým dědicóm té země hleděli. A my bohdá s waſſj radú a pomocj, též i naſſeho milého bratra krále Rjmſkého, s kterýmž ſme giž uplně ſmluweni za geden člowěk, y s ginych naſſich přátel přičinnjm cestu máme, geſſto ta země u pokogi a řádu bude moci zuoſtati. A wěřjme wám úplně, že magjce boha a ſprawedliwoſt před očima, ſwú čeſt a té země dobré w tom opatřjte. Neb s pomocj božj a gmenowaného bratra naſſeho krále Rjmſkého, i w Uhřiech naſſe i ſyna naſſeho wěci w dobrém położenj gſú, geſſto my bohdá při té

zemi zuoſtanem. Paklibyſſte toho neučinili, a wždy knieže cizé předſe chtěli wzieti proti práwu naſſemu, genž wám toho wždy newěřjme: gižbychom muſili rady a pomoci krále Řjmſkého i wſſech králuow křeſtanſkých, korferſſtuow i giných přátel naſſich požiti, abychme tak neſprawedliwě nebyli odtiſſtěni naſſeho dědictwie; geſſtoby to býti nemohlo bez weliké ſſkody, neſnáze a roztrženie země Čeſké. Neb wiete, že knieżata, města i wſſecka Slezie, Lužická země i Šeſt Měſt i giné země okolnie, též i mnozj w Morawě nám a naſſim dětem ſljbili a přiſáhli ſú, a bohdá při nás ſtále oſtanú. Mělobyby pak ſkrze to co zlého ſe té zemi ſtati, gižbyſte widěli, žeby to ne naſſ ale waſſ winú bylo. A wěřjme že w tom učinjte gakož wám přiſluſſie, ſpomjnagjc dobroděnie předkóm naſſich, a že ſú wždy Čechowé při předcjch naſſich nepohnutelně i s prolitjm ſwé krwe zuoſtali, a za to weliků chwálu odewſſech gměli ſú, s rozſſjřenjm gaſnýmm toho králowſtwie. Protož ty wěci wážiec, učinte gakož wám úplně wěřjme a doufáme. To wám wſſem miloſtiwě chcem ſpomjnati. Dán w Hamburce, w ſobotu po ſw. Bartoloměgi.

Urozeným, ſtatečným, ſlowútným a opatrným, Oldřichowi z Roſenberka, Menhartowi z Hradce, Hyncowi z Pirkſſteina, Alſſowi z Šternberka, Janowi z Riſenberka, Zbynkowi Zagieci z Haſenburka, i giným pánóm, rytieřóm a panoſſem, Praženóm a městóm a gich poſluom k roku nynějſſiemu do Kúby wyſlaným, wěrným naſſim a zwláſſtě milým. (E copia coaeva in arch. Trebon.)

II. Die Ruine Maidſtein. (Erſter Jahrgang 4tes Heft.)

5. K. Karl IV. ertheilt dem Hrn. Jodok von Roſenberg die Bewilligung zur Erbauung der Veſte Maidſtein, d. Mainz, 23. Juni 1349.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Bohemiae Rex.

Notum facimus universis, quod inspectis multiplicibus meritis probitatis, et constantis fidei puritate, nobilis

Jodoci de Rosenberg, fidelis nostri charissimi, quibus idem nostrae Celsitudini hactenus prompta sedulitate complacuit, et in futurum adaucto fidei et bonitatis merito, poterit ac debebit abundantius complacere: sibi de singulari nostrae Majestatis favore duximus indulgendum: quod praedictus Jodocus, fratres sui, ac heredes ipsorum, castrum quoddam in regno Bohemiae, Diewčikamen in vulgari bohemico nuncupatum, construere: nec non muris, fossatis, turribus, ac ceteris munimentis fulcire ac fortificare possint ac valeant; et ad complementum et perfectionem ipsius, continuatis laboribus semper procedere: contradictione seu impedimento cujuslibet hominis non obstante. Inhibemus igitur universis et singulis capitaneis, camerariis, justitiariis, judicibus, baronibus, militibus, clientibus, wladiconibus, juratis, ac universitatibus civitatum et locorum regni nostri Bohemiae, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris: ne sub obtentu (sic) gratiae nostrae, supradictum Jodocum, fratres ejus, et ipsorum heredes, adversus praesentis nostri privilegii favorem et indultum, in supradicti castri constructione, et ceteris, quae de regia benignitate ipsis indulsimus, quovis ingenio seu colore quaesito impediant seu impediri permittant: imo verius ipsos et quemquam ipsorum, circa praemissa et eorum quaelibet, studeant sinceris affectibus promovere: sub poena nostrae indignationis; quam, qui secus attentare praesumpserit, se cognoscat graviter incurrisse. (sic) Praesentium sub nostrae Majestatis sigillo, testimonio literarum. Datum Moguntiae: anno Domini millesimo tercentesimo quadragesimo nono: nono calendarum Julii; regnorum nostrorum anno tertio. (E codice manuscripto privilegiorum Rosensium, in archivio abbatiae Altovadenae, Num. 25.)

Digitized by Google

III. Zur Geschichte der Vereinigung der alten Caroliniſchen Univerſität zu Prag mit der Ferdinandeiſchen. (Erſter Jahrgang, 7tes und 8tes Heft.)

---

6. Bulla Aurea Caroli IV. pro erigendo Studio Generali Pragensi.

Carolus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Boemiae Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Inter desiderabilia cordis nostri et quae cogitationi Regali jugiter occurrunt, animi praecipua reddimur anxietate solliciti, specialiter convertentes aciem mentis nostrae, qualiter regnum nostrum Boemiae, quod prae ceteris hereditariis aut omnis fortunae acquisitionis honoribus et possessionibus praerogativa mentis affectione complectimur, cujus exaltationem omni qua possumus diligentia procurantes, ipsius honori intendimus totis conatibus et saluti, sicut rerum victualium ad dispensationem divini numinis natura profluente tripudiat, sic ad nostrae provisionis edictum, prudentum virorum copia nostris artificialiter temporibus decoretur, ut fideles nostri Regnicolae, qui scientiarum fructus indesinenter esuriunt, per aliena mendicare suffragia non coacti, paratam in regno sibi mensam propinationis inveniant, et quos ingeniorum nativa subtilitas ad consilia reddit conspicuos, literarum scientia faciat eruditos. Nec solum compellantur, aut supervacuum reputent, ad investigandas gyrum terrae scientias circuire, nationes expetere peregrinas, aut ut ipsorum aviditatibus satisfiat, in alienis regionibus mendicare, sed gloriosum aestiment, extraneos alios ad suavitatem odoris et gratitudinis hujusmodi participium evocare. Sane ut tam salubris et laudabilis animi conceptio pariat fructus dignos, Regni ipsius fastigia tripudialibus novitatis volentes primitiis augmentari, in nostra Pragensi metropolitica et amoenissima civitate, quam terrenae ferti-

litatis foecunditas, et plenitudine rerum amoenitas localis reddunt utiliter tanto negotio congruentem, instituendum, ordinandum et de novo creandum, consulta utique deliberatione praevia duximus Studium Generale, in quo siquidem studio Doctores, Magistri et Scolares erunt in qualibet facultate, quibus bona magnifica promittimus, et eis, quos dignos viderimus, Regalia donaria conferemus; omnes et singulos Doctores, Magistros et Scolares in professione et qualibet facultate, ac undecunque venerint, veniendo, morando et redeundo sub nostrae majestatis speciali protectione et salva quardia retinentes, firmam singulis fiduciam oblaturi, quod privilegia, immunitates et libertates omnes, quibus tam in Parisiensi quam Bononiensi studiis doctores et scolares authoritate Regia uti et gaudere sunt soliti, omnibus et singulis illuc accedere volentibus liberaliter impertimur, et faciemus ab omnibus et singulis inviolabiliter observari.

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorem praesentes fieri jussimus, et bulla aurea typario nostrae Majestatis impressa praecepimus communiri. Datum Pragae anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, VII. Id. Aprilis, Regnorum nostrorum anno secundo. (Ex orig. arch. universit. Pragensis.)

---

7. Fundatio Collegii Academiae Societatis Jesu in antiqua Urbe Pragensi.

Ferdinandus Divina Favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Boemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Marchio Moraviae etc. Dux Lucemburgiae ac Superioris et Inferioris Silesiae, Wirtembergae et Teckae, Princeps Sueviae, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi et Goritziae, Landgravius Alsatiae, Marchio Burgoviae ac

Digitized by Google

Superioris et Inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis et Salinarum etc. etc. Recognoscimus pro Nobis, heredibus et successoribus nostris Regibus Boemiae:

Quod cum a multo jam tempore afflictissimi nostri Regni Boemiae Statum maxime quoad religionem nostram Catholicam usque quaque fere retroactis annis expulsam et profligatam vigilantius perpendissemus, eumque ejusmodi esse reperissemus, ut nisi brevi de opportuno aliquo remedio illi dispexissemus, actum profecto de miseris ipsis reliquiis praelibatae nostrae religionis Catholicae, praesertim invalescentibus tot tantisque de die in diem novis haeresibus, intra brevissimum tempus cuique vel mediocri judicio praedito videri potuerit: sane ea cura et cogitatione nihil prius vel antiquius habuimus, quam ut huic malo aliquod efficacissimum antidotum inveniremus. Quandoquidem itaque de almae Societatis Jesu insigni pietate, aliisque innumerabilibus virtutum meritis, nec non sedula ac incomparabili eorum in instituenda juventute tam moribus Christianis, quam in bonis omnis generis literis diligentia, in habendisque concionibus ad populum ipsum assiduitate, multorum fide dignorum relatione atque experimentis, exemplisque Caesarei Collegii nostri societatis ejusdem, quod multis ante annis Viennae easdem ob caussas instituimus, edocti essemus, facile induximus in animum, ut eos in hanc tam copiosam et luxuriantem messem, scriptis de eo tum ad summum Pontificem Romanum felicis recordationis Julium tertium, tum ad Generalem Praepositum ejusdemque Societatis primum institutorem, Magistrum Ignatium de Loyola, bonae memoriae, quam gratissimis literis evocaremus; ac quidem cum pro eorum in republica Christiana ardore ejusmodi nostris postulatis minime cunctantes annuissent, hancque Nostram Regiam Civitatem Pragensem, nulla habita ratione tam longinqui itineris, nec non eorum discriminum, quae tum eos bellis ubique passim flagrantibus manebant, quam studiosissime appulissent, nihil certe tam proprium officii Nostri esse duximus, quam ut illis confestim de

Digitized by Google

honesta annua sustentatione ac certo loco, ubi sese pro eorum instituto exercere, ac gratiam illam, quae illis divinitus concessa est, populis Nostris ac fidelibus subditis communicare valerent, imprimis provideremus.

Quare Nos pio religionis zelo ad conservandam et propagandam veram fidem Catholicam ratione institutionis puerorum, educationis doctorum virorum ac praecipue Cleri almae Societatis Jesu moti, sequentem fundationem et ordinationem fecimus, instituimus, ordinavimus et ereximus, eamque perpetuo, continue et sine omissione teneri et observari mandavimus, sicuti per praesentium tenorem ex certa scientia Nostra animoque bene deliberato, maturoque consilio facimus, instituimus, ordinamus et erigimus, atque firmiter et inviolabiliter perpetuis futuris temporibus teneri et observari mandamus. Dantes eis in eum effectum, interveniente Authoritate Apostolica, Monasterium S. Clementis in veteri Civitate Nostra Pragensi situm, nec non ad quotidianam sustentationem plenamque Collegii fundationem annuos redditus bis mille centum et quinquaginta sexagenarum, singulis ad rationem triginta grossorum alborum, grossis vero pro quaterdenis obulis vel septenis albis nummis computatis; videlicet ex bonis Oibinensis monasterii mille et quadringentos taleros, ex monasterio Dobrlug Luzatiano quadringentos et quinquaginta florenos, et ex Regia Nostra Camera Boemiae trecentos taleros singulis annis ita assignantes, ut nimirum horum reddituum mediam partem ad festum S. Georgii, alteram vero ad festum S. Galli hujus millesimi quingentesimi sexagesimi secundi anni, ac sic deinceps iisdem duobus terminis certo ac perpetuo accipiant, non obstante quacunque mutatione, quae circa praedicta bona vel redditus quibuscunque temporibus vel causis accidere posset; ita ut Nostri Nostrorumque successorum officiarii vel subditi aut alii quicunque, qui jam occupant, vel quocunque tempore et modo bona et loca dicta occupaverint, si eam pecuniae summam non eis absque Collegii ipsius damno et molestia hic Pragae bona ac currente moneta communi pretio numeraverint, sciant se praeter Nostram Nostro-

Digitized by Google

rumque successorum indignationem, quam incurrent, praedicta bona amissuros vel officiis suis privandos, ac aliis insuper poenis pro Nostro Nostrorumque successorum arbitrio irrogandis subjiciendos esse. Utque dicta Societas benignitatem Nostram Imperialem eo abundantius sentiat et experiatur, redemimus illis quoque ab Elisabetha Uzdarzka, quadam vidua, domum dicto eorum Collegio contiguam, expressa cum voluntate atque consensu Fratrum Dominicanorum. Concessimus item eadem benignitate illis facultatem redimendi justo atque honesto pretio omnia quoque ea bona quomodolibet vocata, quae olim fuerant ejusdem monasterii ad Sanctum Clementem, exceptis tamen iis, quae Dominicanis ipsis clementer concessimus atque adjunximus loco dicti monasterii S. Clementis, quod in usum atque posessionem perpetuam, summo etiam Pontifice, ut dictum est, viva voce consentiente, reliquerunt Caesareo Nostro ejusdem Societatis Collegio; relinquentes ipsi Societati Jesu pro Nobis ac Successoribus Nostris universis omnimodam ac plenariam potestatem libere et absque omni impedimento dicti eorum Collegii perpetuam administrationem, tam in temporalibus bonis, quam in spiritualibus rebus literariisque exercitiis, ut melius in domino noverint regno huic nostro expedire. Insuper et illud statuentes, ut Collegium hoc nostrum in controversiis aut etiam reliquis omnibus actionibus et propriis exercitamentis possit aut debeat gaudere libertate sua christiana secundum Canones ecclesiae et Societatis eorum privilegia tam a Summis Pontificibus, quam a Nobis hactenus concessa, vel etiam in posterum eis concedenda, ut eo facilius ac commodius sancto eorum instituto, a quo nec latum quidem unquem discedere debebunt, inhaerere possint. Confirmantes etiam eis omni meliori via, modo ac forma, quibus possumus aut de jure debemus, omnes et singulas concessiones, privilegia, indulta, ac immunitates circa administrationem Sacramentorum, concionem ac institutionem juventutis quomodolibet obtentas, illa pariter speciali gratia illis concessa, ut omnes ac singuli studiosi et scholares, qui apud eos in praefato Nostro Caesareo Collegio

Digitized by Google

Lectiones audiverint, et digni habilesque reperti fuerint, ad quosvis gradus ab eis promoveri gratis ac pro more Societatis possint ac debeant, iique tandem perinde in pretio ac honore habeantur ac teneantur, ac si in quavis Universitate Germaniae, Italiae, Hispaniae seu Galliae promoti fuissent. Denique et id nominatim sancientes, ut dictum Collegium, omnes in eo habitantes una cum rebus mobilibus annuisque censibus omnibus, liberi et ab omni executione terrena immunes sint, (quandoquidem et ipsi Christo bene propitio ratione sui instituti pro hoc nostro Boemiae regno non minus alacriter quam fructuose laborant); quo commodius et securius Deo servire, officiumque suum peragere queant. Non obstantibus in praedictis omnibus aliquibus legibus, constitutionibus, ordinibus, pragmaticis, decretis, statutis vel consuetudinibus et aliis quibuscunque in contrarium facientibus. Quibus omnibus et singulis in quantum praesenti Nostrae fundationi, constitutionique obstant, seu obstare in futurum possent, ex plenitudine Nostrae potestatis derogamus et derogatum esse volumus per praesentes; supplentes omnes et quoscunque defectus tam juris quam facti, si qui in praemissis omnibus et singulis intervenissent, seu dici vel allegari possent, quovis modo de consuetudine vel de jure. Et propterea requirimus serenissimos et charissimos filios, haeredes et successores Nostros, Reges Boemiae, eisque gratiose et paterne committentes, ut hanc praesentem fundationem Nostram fideliter et diligenter manuteneant et observent, atque adeo curent, ut ipsa fundatio suum effectum et executionem semper habeat et consequatur. Nulli ergo omnino hominum, collegiorum, communitatum et locorum liceat hanc Nostrae fundationis, erectionis, privilegiorum, concessionum, decreti, voluntatis et exemptionis paginam violare seu infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire in judicio vel extra. In quorum fidem et testimonium tria ejusdem tenoris diplomata fieri et expediri fecimus: unum Nos ipsi servavimus, secundum collegio Caesareo Societatis Jesu, tertium vero ad manus consiliariorum Nostrorum Camerae regni Nostri

Digitized by Google

Boemiae dedimus et consignavimus, Bullae Nostrae aureae appensione et manus Nostrae propriae subscriptione communita. Praesentibus Illustribus, Spectabilibus, Generosis, Magnificis, Nobilibus, Strenuis, Fidelibus Nostris dilectis: Wilhelmo Dno. et Gubernatore domus a Rosis, in Crumau, Supremo Camerario regni; Joanne Juniore Domino a Lobkovitz, in Teyniz, Dacha et Bilin, Supremo Burgravio Regni; Joanne Seniore Domino a Lobkovitz, in Sbyrov, Totsnyk et Hasenburg, Supremo regni Magistro Curiae; Adamo Domino de Schvanberg, in Fraunberg et Olss, Supremo Judice Curiae; Joanne Borzita Domino a Martinitz, in Smeczna, Burgravio in Carlstein; Ladislao Domino a Lobkovitz, in Chlumez et Gistebnicz, Camerario Nostro et Curiae Nostrae Boemiae Mariscallo et Praeside Appellationum; Zbinko Berka Domino de Duba, in Melnik et Reichstadt, Camerario Nostro et Supremo Camerae Magistro regni Boemiae; Wolfgango de Wrzesowitz, in Nova Arce, Teplitz et Graupen, Protonotario et Praeside Camerae regni Boemiae; Wilhelmo Muchek de Bukova, Burgravio in Carlstein; Udalrico de Duban in Libessicz et Ploskovitz, Subcamerario Serenissimae Dominae Reginae Boemiae, et Nicolao a Saher in Wssechlap, Capitaneo arcis Nostrae Pragensis, Supremis Officiariis, Assessoribus judicii terrestris ac Nostris et praedicti regni Consiliariis, testibus ad praemissa convocatis et adhibitis. Datum in arce Nostra Regia, Pragae, decimo quinto die mensis Martii, anno a Christo nato millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regnorum Nostrorum Romani trigesimo secundo, aliorum vero omnium trigesimo sexto. (E tabulis publicis regni Boh.)

Ferdinandus m. p.

Ad Mandatum S. C. Mtis. proprium.

Joachimus de Nova domo
S. R. Boemiae Cancellarius.

S. Heldt,
R. Boemiae Vice-Cancellarius.

G. Mehl,
Ger. R. Boemiae Vice-Cancellarius.

Nicolaus Walther,
R. Boemiae Secretarius.

Hügl,
Ger. R. Boemiae Secretarius.

Digitized by Google

Lectiones audiverint, et digni habilesque reperti fuerint, ad quosvis gradus ab eis promoveri gratis ac pro more Societatis possint ac debeant, iique tandem perinde in pretio ac honore habeantur ac teneantur, ac si in quavis Universitate Germaniae, Italiae, Hispaniae seu Galliae promoti fuissent. Denique et id nominatim sancientes, ut dictum Collegium, omnes in eo habitantes una cum rebus mobilibus annuisque censibus omnibus, liberi et ab omni executione terrena immunes sint, (quandoquidem et ipsi Christo bene propitio ratione sui instituti pro hoc nostro Boemiae regno non minus alacriter quam fructuose laborant); quo commodius et securius Deo servire, officiumque suum peragere queant. Non obstantibus in praedictis omnibus aliquibus legibus, constitutionibus, ordinibus, pragmaticis, decretis, statutis vel consuetudinibus et aliis quibuscunque in contrarium facientibus. Quibus omnibus et singulis in quantum praesenti Nostrae fundationi, constitutionique obstant, seu obstare in futurum possent, ex plenitudine Nostrae potestatis derogamus et derogatum esse volumus per praesentes; supplentes omnes et quoscunque defectus tam juris quam facti, si qui in praemissis omnibus et singulis intervenissent, seu dici vel allegari possent, quovis modo de consuetudine vel de jure. Et propterea requirimus serenissimos et charissimos filios, haeredes et successores Nostros, Reges Boemiae, eisque gratiose et paterne committentes, ut hanc praesentem fundationem Nostram fideliter et diligenter manuteneant et observent, atque adeo curent, ut ipsa fundatio suum effectum et executionem semper habeat et consequatur. Nulli ergo omnino hominum, collegiorum, communitatum et locorum liceat hanc Nostrae fundationis, erectionis, privilegiorum, concessionum, decreti, voluntatis et exemptionis paginam violare seu infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire in judicio vel extra. In quorum fidem et testimonium tria ejusdem tenoris diplomata fieri et expediri fecimus: unum Nos ipsi servavimus, secundum collegio Caesareo Societatis Jesu, tertium vero ad manus consiliariorum Nostrorum Camerae regni Nostri

Digitized by Google

Boemiae dedimus et consignavimus, Bullae Nostrae aureae appensione et manus Nostrae propriae subscriptione communita. Praesentibus Illustribus, Spectabilibus, Generosis, Magnificis, Nobilibus, Strenuis, Fidelibus Nostris dilectis: Wilhelmo Dno. et Gubernatore domus a Rosis, in Crumau, Supremo Camerario regni; Joanne Juniore Domino a Lobkovitz, in Teyniz, Dacha et Bilin, Supremo Burgravio Regni; Joanne Seniore Domino a Lobkovitz, in Sbyrov, Totsnyk et Hasenburg, Supremo regni Magistro Curiae; Adamo Domino de Schvanberg, in Fraunberg et Olss, Supremo Judice Curiae; Joanne Borzita Domino a Martinitz, in Smeczna, Burgravio in Carlstein; Ladislao Domino a Lobkovitz, in Chlumez et Gistebnicz, Camerario Nostro et Curiae Nostrae Boemiae Mariscallo et Praeside Appellationum; Zbinko Berka Domino de Duba, in Melnik et Reichstadt, Camerario Nostro et Supremo Camerae Magistro regni Boemiae; Wolfgango de Wrzesowitz, in Nova Arce, Teplitz et Graupen, Protonotario et Praeside Camerae regni Boemiae; Wilhelmo Muchek de Bukova, Burgravio in Carlstein; Udalrico de Duban in Libessicz et Ploskovitz, Subcamerario Serenissimae Dominae Reginae Boemiae, et Nicolao a Saher in Wssechlap, Capitaneo arcis Nostrae Pragensis, Supremis Officiariis, Assessoribus judicii terrestris ac Nostris et praedicti regni Consiliariis, testibus ad praemissa convocatis et adhibitis. Datum in arce Nostra Regia, Pragae, decimo quinto die mensis Martii, anno a Christo nato millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regnorum Nostrorum Romani trigesimo secundo, aliorum vero omnium trigesimo sexto. (E tabulis publicis regni Boh.)

Ferdinandus m. p.

Ad Mandatum S. C. Mtis. proprium.

Joachimus de Nova domo
S. R. Boemiae Cancellarius.

S. Heldt,
R. Boemiae Vice-Cancellarius.

G. Mehl,
Ger. R. Boemiae Vice-Cancellarius.

Nicolaus Walther,
R. Boemiae Secretarius.

Hügl,
Ger. R. Boemiae Secretarius.

Digitized by Google

8. Ratio et modus, quo Carolina Academia cum Patrum Societatis Jesu Academia utiliter uniri et incorporari possit, servata augusta Caroli IV. memoria.

Moderatores Academiae.

Caput I.

Pro maiori intelligentia supponendum, Augustmae memoriae Ferdinandum I. magnum gloriosissimae Domus Austriacae ornamentum, Fratribus Societatis Jesu Pragae Collegium et Academiam fundasse, quae successive a sequentibus felicissmae memoriae Imperatoribus Maximiliano, Rudolpho ac Mathia confirmata, magnificis privilegiis donata fuit. Hoc posito dicimus huius utriusque Academiae, nempe Carolinae et Patrum, simul unitae, nullum magis proportionatum caput seu Rectorem esse posse, quam Rectorem Collegii Pragensis Societatis Jesu; quod hac ratione demonstratur:

Imo. Quia non debet Academia Fratrum ab Austriaco Imperatore Ferdinando I. fundata, et a Filiis ac Nepotibus confirmata et aucta, per alterum Imperatorem Austriacum Ferdinandum II. sua libertate antiqua, suis Privilegiis ac capite et Rectore (qui hactenus idem semper fuit Academiae et Collegii) citra meritum spoliari, et subjici potestati Rectoris Academiae Carolinae, quae et conjurationes contra Domum Austriacum inivit, et privilegiis Pontificum, Regum, et Caesarum abusa, fidei Catholicae repudium dedit, ac demum totum Regnum Boemiae haeresi vel infecit, vel infectum hominum malitia ac doctrinae perversitate fovere non destitit.

IIdo. Si fuerit alius Academiae Rector, quam Rector Collegii Soctis., non poterit societas Academiae Carolinae antiquum decus, studium et veram docendi rationem restituere, nec mores, et Religionem (quod

Digitized by Google

unum S. C. Mas. considerare debet) reformare, quin imo timendum semper erit, ne externi hujus Rectoris dignitas in ipsam Societatem insurgat, eamque in suis scholasticis exercitiis, cum studiorum studiosorumque jactura, impediat. Nam vel hujusmodi Rector praeerit omnibus facultatibus, vel non; si praeerit, Societas velit nolit ejus potestati subjicietur. Hinc Juventus Academica, praesertim juris studiosa et libertatis avida, Rectorem appellabit, et de severitate disciplinae querens Societatem accusabit, et Philosophos, Rhetores, et alioqui faciles, et in quamvis partem vertibiles suo exemplo ad libertatem et dissolutionem invitabit.

Atqui dedecet Societatem quasi ream coram Rectore stare, et sui instituti, ac modi docendi rationem cogi dare, rationem inquam illius modi docendi, qui a tot annis, in tot Provinciis, Regnis et Academiis semper fuit laudatus, et a Principibus, Regibus, Imperatoribus, ac Pontificibus confirmatus. Sane Societati conduceret magis suis antiquis gaudere privilegiis, et Juventutem Pragae (uti hactenus fecit) instituere, quam perpetuo sine fructu cum petulanti adolescentia in Carolina Academia litigare. Si vero Rector iste omnibus facultatibus non praeerit, tunc divisa et duplex prorsus Academia erit, Ferdinandea scilicet, id est Soctis, et Carolina, quod quidem plurima habet incommoda. Una enim adversabitur alteri, et inde orientur perniciosae aemulationes, gravissimae simultates, et pestiferae factiones, quae Studiosis plenam peccandi libertatem promittent, dum itaque qui peccavit in una, liberum in alteram transitum sperabit, et debitas insolentiae poenas evadere tentabit. Taceo fore, ut etiam hae Academiae de primatu semper inter se contendant, dum Carolina antiquitatem, Ferdinandea vero praetendet fidelitatem, quippe quae semper fidelis fuit, illa autem Deo et Ecclesiae perfida ac Caesari rebellis extitit.

Digitized by Google

III^tio. Cum eo fine Carolina Academia Fratrum Academiae uniatur, ut Catholica religio conservetur et propagetur in Regno, et Juventus litteris ac probitate morum pietateque informetur, nemo unquam aut accuratius, aut constantius, ut hos fines assequamur, advigilabit Societate, quae cum litteris nata et educata, cum iisdem hactenus utiliter in universo orbe Christiano adlaboravit. Nemo praeterea certius aut securius inter sanam et falsam doctrinam discernet ipsa Soc^te, quae quantum hactenus vera fidei dogmata illustravit, id testantur innumera illa volumina, quae ab hominibus Societatis in lucem edita sunt, et perpetuo eduntur. Nemo denique ad pietatem et bonos mores Juventutem acrius impellet, quam ipsa eadem Societas, quae nulli quaestui, nulli privato commodo, nulli demum bono seculari addicta, sed virtuti ac Religioni consecrata ea semper ex instituto quaerit, quae sunt ad majorem Dei gloriam, Ecclesiae incrementum, et animarum salutem.

Sane nisi haec fuerit prima Rectoris Academiae cura, brevi habebit Academia Juventutem (uti videre est in aliis plerisque Academiis) corruptam, dissolutam, vagam, et haeresim nondum e cordibus hominum plane eradicatam sensim repullulare, et in Catholicam fidem malo magno nostro invalescere videbimus.

IV^to. Sicut haeresis per Baccalaureos, Ludimagistros in oppidis et in civitatibus Boemiae longe lateque est propagata, ita nunc Catholica fides per Baccalaureos et Ludimagistros ibidem est restauranda; at Rector, sive is sit Doctor Juris, sive Medicinae, sive etiam aliquis Optimatum (ejus enim erit promovere ad oppida Ludimoderatores et Academicis praescribere normam docendi, et exigere rationem, et examinare eorundem doctrinam) rebus aulicis vel forensibus, vel domesticis implicitus, rarus erit, qui se eo demittat, negotiumque, quod vile et humile videtur (licet re ipsa summi momenti sit), tanta vi-

Digitized by Google

gilantia et zelo tractet, quanto tractabunt Patres Societatis. Imo Juventus, quia a Rectore commendationem et promotionem expectabit, a Societate, quam antea observabat, se regi patietur.

V^to. Hactenus habuit Carolina Rectores externos, et tamen nihil attulit utilitatis ea gubernandi ratio, imo potius seditionibus et eversioni Catholicae religionis dedit in hoc Regno initium, et rebellionis ac conjurationis fomentum fuit et seminarium.

Quodsi quispiam existimat Academiam non habituram magnum splendorem, auctoritatem, et auditorum frequentiam, nisi quis vel ex Doctoribus Juris, Medicinaeve, vel ex Magnatibus fungatur officio Rectoris, is advertere debet, quod quemadmodum non facit militiam suis numeris absolutam armorum fulgor, quem Dux ostentat, sed tam Ducis quam militum peritia et experientia, et disciplina militaris, ita nec Academiam gradus constituet altior alicujus Doctoris Juris, Medicinaeve professoris, vel alicujus ex Magnatibus dignitas, officium aut splendor Natalium.

Cum enim Academiae dignitas in duobus potissimum consistat, I^mo in scientia et probitate eorum, qui praesunt Universitati, et eorum qui publice scientias profitentur, II^do in disciplina et optima methodo tradendi cum fructu et cum pietate scientias et artes liberales, ut statim a teneris, ab otio, a luxu, a grassationibus, ad pietatem, ad mores, ad omne genus scientiarum avocetur Juventus, futuro aliquando Patriae Religionique auxilio et solatio: non facile aliquem reperies Rectorem Medicum, Jurisconsultum, vel etiam Magnatem, qui Academiae praeesse possit cum ea, quam S. C. M^as intendit, Regni et Catholicae fidei utilitate; qui scholasticam disciplinam tueri, Studiosos in officio continere, ipsos Professores, ut cum dignitate et utilitate doceant, impellere possit, norit et velit. Jam vero si externum Academiae splendorem spectemus, neque hoc

Digitized by Google

deest Academicis Societatis. Observatum est enim Graecensem Soc^tis Academiam solis religiosis lectoribus instructam plures alias superare, quae cum omnes facultates, omnesque facultatum Professores habeant, auditoribus tamen (quod maxime spectandum est) carent, cum illa praeter nobilem equestris coronam, praeter longum popularium ordinem, interdum numeravit ad 40 vel 50 Comites, Barones, Marchiones. Sed nec Societati deest neque deerit modus, quo Academicorum actus publici pro dignitate peragantur.

Cancellarius.

Officium Cancellarii penes aliquem e Patribus Societatis reliquendum erit, per hunc enim Rector omnibus invigilat professoribus, disciplinam Academicam custodit, et doctrinae, ac docendi modo, ne quid peregrini irrepat, attendit, proinde se totum huic negotio impendit, quod non facile praestare volet, sed nec posset aliquis vel Magnas, vel Doctor externus, re aulica forensi vel familiari implicitus. Easdem ob causas Patronum vel Protectorem Societas refugit, ob quas Rectorem externum non admittit, neque iisdem molestiis subsit, quibus subesset, si ejusmodi Rectorem vel Protectorem admitteret. Hactenus autem Protectoribus caruit, et tamen bonos studiorum progressus habuit.

Facultates.

Caput II.

Ut Regnum habeat domi viros in omni genere doctos, et ad officia tam ecclesiastica et spiritualia, quam civilia et aulica idoneos; et ne Juventus doctrinarum addiscendarum causa in alias Provincias magnis sumptibus proficisci cogatur, in Academia hae disciplinae tradentur: Theologia Scholastica, Scriptura Sacra, Controversiae de fide, Casus conscientiae, Hebraea, Jurisprudentia, Medicina, Logica, Physica, Metaphysica, Ethica, Mathematica, Rhetorica, Poetica, Grammatica, Historia, Politica.

Digitized by Google

Tum etiam poterit in aliquo vicino contubernio esse aliquis Professor linquarum Italicae, Gallicae, Hispanicae.

Professores. Alii Officiales. Stipendia.

Caput III.

Patres Societatis profitebuntur:

Sacram Scripturam Theologiam Scholasticam Casus conscientiae Controversias Hebraea Logicam Physicam Metaphysicam Ethicam Mathematicam Rhetoricam Poeticam Grammaticam	stipendia nulla.
Historiam et Politicam	docebunt ii, qui ad hoc destinabuntur.

Juris Periti profitebuntur:

Sacros Canones	stipendia	flor. . . .
Digesta	„	flor. . . .
Codicem	„	flor. . . .
Novellas	„	flor. . . .
Institutiones	„	flor. . . .
Jus Municipale	„	flor. . . .

Medici profitebuntur:

Speculativam	stipendia	flor. . . .
Practicam	„	flor. . . .
Anatomiam et rem herbariam . .	„	flor. . . .

Officiales.

Notarius stipendia . . flor. Bedelli 4 stipendia . . flor. Bedellus supremus sive Rectoris . . . flor. Satellites 8 sti-

Digitized by Google

deest Academicis Societatis. Observatum est enim Graecensem Soc^tis Academiam solis religiosis lectoribus instructam plures alias superare, quae cum omnes facultates, omnesque facultatum Professores habeant, auditoribus tamen (quod maxime spectandum est) carent, cum illa praeter nobilem equestris coronam, praeter longum popularium ordinem, interdum numeravit ad 40 vel 50 Comites, Barones, Marchiones. Sed nec Societati deest neque deerit modus, quo Academicorum actus publici pro dignitate peragantur.

Cancellarius.

Officium Cancellarii penes aliquem e Patribus Societatis reliquendum erit, per hunc enim Rector omnibus invigilat professoribus, disciplinam Academicam custodit, et doctrinae, ac docendi modo, ne quid peregrini irrepat, attendit, proinde se totum huic negotio impendit, quod non facile praestare volet, sed nec posset aliquis vel Magnas, vel Doctor externus, re aulica forensi vel familiari implicitus. Easdem ob causas Patronum vel Protectorem Societas refugit, ob quas Rectorem externum non admittit, neque iisdem molestiis subsit, quibus subesset, si ejusmodi Rectorem vel Protectorem admitteret. Haetenus autem Protectoribus caruit, et tamen bonos studiorum progressus habuit.

Facultates.

Caput II.

Ut Regnum habeat domi viros in omni genere doctos, et ad officia tam ecclesiastica et spiritualia, quam civilia et aulica idoneos; et ne Juventus doctrinarum addiscendarum causa in alias Provincias magnis sumptibus proficisci cogatur, in Academia hae disciplinae tradentur: Theologia Scholastica, Scriptura Sacra, Controversiae de fide, Casus conscientiae, Hebraea, Jurisprudentia, Medicina, Logica, Physica, Metaphysica, Ethica, Mathematica, Rhetorica, Poetica, Grammatica, Historia, Politica.

Digitized by Google

Tum etiam poterit in aliquo vicino contubernio esse aliquis Professor linquarum Italicae, Gallicae, Hispanicae.

Professores. Alii Officiales. Stipendia.

Caput III.

Patres Societatis profitebuntur:

Sacram Scripturam Theologiam Scholasticam Casus conscientiae Controversias Hebraea Logicam Physicam Metaphysicam Ethicam Mathematicam Rhetoricam Poeticam Grammaticam	stipendia nulla.
Historiam et Politicam	docebunt ii, qui ad hoc destinabuntur.

Juris Periti profitebuntur:

Sacros Canones	stipendia	flor. . . .
Digesta	,,	flor. . . .
Codicem	,,	flor. . . .
Novellas	,,	flor. . . .
Institutiones	,,	flor. . . .
Jus Municipale	,,	flor. . . .

Medici profitebuntur:

Speculativam	stipendia	flor. . . .
Practicam	,,	flor. . . .
Anatomiam et rem herbariam . .	,,	flor. . . .

Officiales.

Notarius stipendia . . flor. Bedelli 4 stipendia . . flor. Bedellus supremus sive Rectoris . . . flor. Satellites 8 sti-

Digitized by Google

pendia ... flor. Haec stipendia colligenda ex antiquis Academiae Carolinae redditibus, iis auctis si opus erit. Sed pagi ab invicem valde dissipati magis uniri deberent per permutationes, et vel oeconomia facilior reddenda, vel census constituendi. Cura redditus exigendi et stipendia iis, quibus debentur, tradendi potest esse penes Socium, quae uti nihil in suum usum convertere potest, sic fidelis rem hanc administrabit.

Ratio docendi.

Caput IV.

Cum praecipuus Academiae Catholicae scopus sit Catholicam doctrinam docere et tueri, Academiae Moderatoribus vigilandum erit, ut haec salva semper et integra sit.

Quamobrem Professores juxta Concilii Tridentini decreta professionem fidei facient, et ab Ecclesiae decretis non latum quidem unquem discedent. Et quia eadem Academia omnibus debetrix est, exquisitam rationem docendi tenebit, ut semper in ea florere possint homines, qui merito doctrinae et probitatis antiquis Professoribus succedant, pro dignitate Cathedras occupent, atque Regno et Regibus utilissimam operam navent.

Locus Professionis Scientiarum et Habitationes Professorum.

Caput V.

Patres Academici in suo Collegio docebunt et habitabunt. Ut reliquis Jurisperitis, et Medicis provideatur, forte poterunt vendi aliquae aedes antiquitus Carolinae Academiae incorporatae, et emi aliae commodiores, quae serviant tum pro Scholis tum pro habitatione. Ipsa etiam Academia Carolina seu primarium ejus Collegium potest ad hoc idem servire, ut et pro Schola Triviali.

Ordo Facultatum.

Caput VI.

Primum locum tenet Theologia, IIdum Jurisprudentia, IIIIium Medicina, IVtum Philosophia.

Digitized by Google

Nomen Academiae.

Caput VII.

Cum ex duabus constat, Carolina a Carolo IV. et Ferdinandea a Ferdinando I. instituta, satis apte videtur denominari posse Carolo-Ferdinandea.

Bursae Studiosorum.

Caput VIII.

Praeter Bursam Collegio Societatis adhaerentem, valde oportunum esset, si ex antiquis Bursis duae bonae erigerentur, quarum una pro Juristis esset, altera pro Medicis, utriusque autem cura esset penes Societatem.

Reliqua quae dici possent, vel ex dictis colligi possunt, vel ex ipsa rei tractatione emergent, et resolventur.

Illud unum adjungatur, neque expedire, neque necesse esse multiplicare Professores earum disciplinarum, quae tradentur a Patribus Soc^{is}, tum quia ipsi eas perfecte tradent, tum quia ea multiplicatio facile generaret impertinentes concurrentias, et nocivas aemulationes, quae servirent magis ad destructionem quam ad aedificationem vel utilitatem. (Ex Archivo C. R. Gubernii.)

---

9. Protestatio Ernesti Archiepiscopi. D. 7. Sept. 1624.

Ernestus Secundus, Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Pragensis etc. etc.

Quamvis non semel religiosos et devotos Patres Soc. Jesu amice monuerimus, ut a Collatione graduum in Universitate Carolo-Ferdinandea usque ad decisionem causae, quae inter Nos et illos, abstineant: quia tamen spreta amicabili admonitione Nostra, et quod magis est, visis etiam juribus nostris, eo nihilominus progrediuntur, quod in praejudicium Nostrum publice affigunt schedas quasdam, quibus de futura promotione Magistrorum et Doctorum haud obscure insinuant: idcirco ne tacite

consentire videamur, praesentibus expresse et semel atque iterum solemniter protestamur, si praedicti Patres quidpiam horum ante decisionem hujus causae in praejudicium juris Nostri attentaverint, vel aliqui ex studiosis honore seu titulo Doctoratus aut Magisterii interim se condecorari fecerint, quod ex tunc totus ille actus ipso jure erit et esse debet nullus, tanquam per non omnino legitimum promotorem seu collatorem factus. Nam sicut ipsi Patres jus suum, si quod in dictam Universitatem habent, salvum permanere desiderant, ita non iniquum vicissim est, ut Nobis tanquam Cancellario ejusdem Universitatis nostra auctoritas salva conservetur, et in collatione tituli Magistralis et Doctoralis jus integrum permaneat et relinquatur, prout Pontifices maximi in suis Bullis Confirmationum nulli hominum infringendis jam dudum statuerunt.

Datae in solita Nostra Archiepiscopali Residentia Pragae die 7. Septembris anno a Servatoris mundi ex illibata semper Virgine Deipara nativitate supra millesimum sexcentesimum vicesimo quarto. (Ex Archivo C. R. Gubernii.)

m. p. Ernestus,
Archiepiscopus Pragensis.

---

10. Kaiſ. Reſcript, betreffend die Zurüknahme der Caroliniſchen Univerſität von den Jeſuiten. D. Wien, 29. Juni 1638.

Wir Ferdinand der Dritte, entbieten dem P. Rectori, Decanis, Professoribus, Studiosis und der geſammten Univerſität, Unſerer königl. Akademie zu Prag, Unſere kaiſerl. und königl. Gnad, und geben denſelben hiemit zu vernehmen, demnach Wir nunmehr von guter Zeit, inſonderheit Unſerer angetretenen Kaiſer- und Königlichen Regierung an, nicht ohne Empfindung erfahren müſſen, daß obſchon die Löbl. Societät des Allerheiligſten Namens Jeſu von Zeit der ihnen beſchehenen Ueber-

Digitized by Google

lassung ernannter Unserer Königl. Akademie derselben mit Unsern Hochgeehrten Herrn Vaters, christseligster Gedächtnuß, nicht weniger als Unserer eigenen wohlgefälligen Satisfaktion fürgestanden, dennoch anderwärtsher solche Hinderung ausgewirket worden, daß nicht allein von eilf Jahren her mit der ganzen Universität bösen Nachklang und Versäumniß der Jugend, auch nicht ohne des Königreichs und desselben getreuen Ständen und Inwohnern hohem Aergerniß die Promotiones zurükgeblieben, sondern auch das Uebel nunmehr zu einer allgemeinen Verbitterung sowohl unter den Geistlichen selbst, als den Weltlichen ausgeschlagen, und allerley Zerrüttung des status publici gebären, auch dabey inner und außer Landes solche Sachen gewirket werden wollen, die Unserm Königl. Recht zu merklichem Nachtheil und Präjudiz gereichen würden: Hierum so haben wir die Sachen länger nicht anstehen lassen können, sondern uns allergnädigst resolvirt, Unserer hochgeehrten Vorfahrer Fundationen, wie auch Unsers allerhöchst ernannten Herrn Vatern, christmildigster Gedächtnuß, bei oberwähnter Ueberlassung dieser königl. Universität gehabten gottseligen Intention, so wie erwähnt, so viele Jahre unerfüllt geblieben, und nunmehr durch ungerechte Fürbildung fast intervertirt werden wolle, ohne längern Anstand aber kein anderes Mittel ergreifen können, als selbige Unsere Königl. Universität zu Unsern Handen wiederum abzufordern, und darinnen selbst solche Anstellungen zu thun, als wie Wir es Unserer Königreiche und Länder Nothdurft zu seyn befinden werden.

Erklären Uns diesemnach in Kraft gegenwärtiger Commission und publizirten Patents hiemit gnädigst, mehr ernannte Unsere Königl. Academiam zu Unserer frey- und willkürlichen Bestellung wiederum apprehendirt und übernommen zu haben; Constituiren, setzen und ordnen über dieselbe zu Unserem Königl. Protektoren den Titl. Friedrich von Tallenberg, geben und verleihen demselben hiemit und in Kraft dieses völlige Macht und Gewalt, seinem Gutbefinden und Erachten nach an Unser Statt und in Unserm Nahmen Professores in denen beyden weltlichen Fakultäten, als nämlich Juridica et Medica, wie

nicht weniger andere officiales academicos, wie er es der Nothdurft zu seyn erachten würde, zu bestellen, wie nicht weniger in Unserm Nahmen die Promotiones zu eröffnen, und in beyden ermeldten Fakultäten die Gradus academicos würdiglich zu conferiren, und andere gewöhnliche Solemnitäten fürgehen zu lassen. Wir setzen und verordnen auch denselben mit völliger Macht und Plenipotenz in allen und jeden strittigen Sachen, so daselbst bei der Universität fürfallen möchten, das Recht zu hegen, Processus anzustellen, und mit gerechtlicher Erkenntnuß fürzugeben, alles in Kraft dieses aus Königl. Macht und Gewalt. Und gebieten hierauf allen und jeden oberwähnten Mitgliedern der Universität hiemit gnädigst und festiglich, daß Sie sich dieser Unserer Königl. Verordnung gehorsamst submittiren, zu oberwähntem Freyherrn von Tallemberg als Unserm fürgestellten Königl. Protectori in Ihren Anliegen Ihre Zuflucht nehmen, gegen denselben allen gebührenden Respekt tragen, und sich sonst hiebei aller schuldigen Obedienz nach also erzeigen, als Unser gnädigstes Vertrauen zu Ihnen gestellet ist. Solches gereichet Uns zu Kaiserl- und Königl. Wohlgefallen.

Gegeben Wien den 21. Junii 1638.

Kais. Rescript, betreffend die Ernennung eines weltlichen Protectors für die Carolinische Universität.

Ferdinand der Dritte von Gottes Gnaden erwählter Röm. Kaiser, auch zu Hungarn und Böheim König.

Wohlgeborner, Lieber Getreuer! Durch hiebei verwahrte Abschrift geben Wir Dir hiemit in Kaiser- und Königl. Gnaden zu vernehmen, aus was Nothdringenden Ursachen wir bewogen worden, Unsere von Wailand Kaiser Karl den Vierten in Unserer Stadt Prag fundirte Königl. Academiam wiederum zu Unserer eigenen Bestallung abzufordern. Und demnach Wir der Nothdurft erachtet, derselben Jemanden vorzusetzen, welcher in Unserm Nahmen die Direction darüber führen und alle Fürfallenheiten in Politicis et Oeconomicis richten und schlichten möge, und Uns

um Unser gnädigstes Vertrauen zu deiner Person getragen; Als haben Wir dich hiemit zu Unserm Königl. Protektoren der Universität zu Prag in Kaiser- und Königl. Gnaden verordnen wollen, mit der Plenipotenz und Vollmacht, wie das in Abschrift hier beyliegende Patent mit Mehrerem besagen thuet. Jedoch sind wir gnädigst gewollt, daß die derzeit in beyden, der juridischen und medizinischen Fakultät, bestellten Decani, Professores und Officiales, (welche auch von dir als Unserm Königl. Protectore etwa den nächsten Tag nach beschehener Apprehendirung der Akademie und publizirten Patent in solchen Ihren Funktionen Regia Authoritate conferirt, und Ihnen die Professuren zum Besten recommendirt werden können) in Ihrer Bedienung allerdings verbleiben, nicht weniger den Patribus Societatis, die Kirchen, Sacellen und andere dergleichen zur Universität gehörige Loca Sacra zu Ihrer geistlichen Administration in alle Wege wie bisher ungeändert gelassen werden, auch ins Künftige die Bestellung eines oder des andern Professoris jedesmal mit Unserem Vorwissen und gnädigsten Belieben beschehen solle. Imgleichen haben Wir verordnet, daß der künftige Administrator oder Verwalter der zur Universität gehörigen Güter, sowohl mit seinem Respekt als seinen Reitungen, (jedoch daß dieselben zu deiner desto mehreren Sublevirung bey Unserer Böheimischen Kammer-Buchhalterey jedesmahl aufgenommen werden) an dich gewiesen werden solle, allermassen wer etwa immittels und Unserer allergnädigsten Ratification zu solcher Verwaltung bestellet werden möchte, du mit Unserer Böheimischen Kammer zu communiciren wissen würdest. — Was die Promotiones und Graduum academicorum collationes in erwähnten beyden Fakultäten anreicht, geben Wir dir darinnen völlige Plenipotenz, Macht und Gewalt. Jedoch wenn einer oder der andere Studiosus dergleichen Gradum zu nehmen gedächte, du denselben vorhero durch gewisse selbiger Fakultät Professores examiniren lassest, und da derselbe für suffizient erachtet, und dir von der Fakultät für würdig praesentirt würde, ihm den Gradum mit gebührlicher Sollennität authoritate Nostra Regia conferiren lassest.

Was nun etwa ferner nach Gelegenheit der Zeiten fürfallen möchte, darüber wollen wir Uns ferner gegen Dir zu resolviren ingedenk seyn. Welchemnach du dich nun gehorsam zu richten und daran Unsern gnädigsten Willen und Meinung zu vollbringen wissen würdest.

Wien den 21. Junii 1638.

Guilielmus Comes Slawata,
R. B. S. Cancell.

Ad Mandatum S. C. Mtis. proprium
Albrecht von Kollowrat m. p.
Freißleben m. p.

11. Litterae Caesareae ad academicam Studiosorum juventutem Pragensem tunc pro salute urbis et Regni contra Suecos decertantem.

Ferdinandus tertius etc. Magnifici, Generosi, Honorabiles, Eruditi ac Ingenui, Fideles nobis dilecti. Quia nobis fama et relatione plurimum impensus hucusque virilis et ultroneus labor vester, quem promovendi Nostri Caesarei atque Regii Servitii, nec non publicae salutis causa in arcendo hoste Suecico aliis generoso exemplo praeeuntes inconcusse navatis, et civitates nostras Pragenses, Sedem Studiorum, et facultatum vestrarum passim Vestram aut commilitonum patriam impulsu futurae gloriae fructu haud poenitendo Deo propitio strenue defendere adjuvatis, veraciter attentatus venit. Quemadmodum haec vestra in bonum commune et encomium Magnanimitatis vestrae redundans propensio ex nullo alio quam immenso virtutis pretio et studio promanat: ita Nos etiam latere vos vicissim noluimus, quod specimen hoc et generosus conatus vester non modo Deo, reipublicae christianae sit tanquam maxime gratus, sed etiam adversum omnium et singulorum condignum praemium praeter Universitatis Nostrae caesareae Pragensis aeternum splendorem et postero-

Digitized by Google

rum admirationem apud Nos vobis perpetuae recommendationi existat. Quod dum Nostra Caesarea Regiaque clementia vobis benigne contestamur, dubitare nolumus, quin dictam defensionem caepta generositate prosequi, reluctantibus vero aut taedio fractis commilitonibus incitamento calcar subdere non intermittetis. Nos interea vobis ad fulciendos animos et labores vestros sublevandos in mittendo, imo in procinctu constituto milite paterne et sollicite adlaboramus, et vobis Caesarea ac Regia clementia propensi manemus. Datae in arce Lincensi die 6. Septembris 1648.

Ferdinandus.

Georgius comes de Martinitz,
R. Boe. Cancellarius.

Ad Mandatum Sae. Cae. Mts. proprium
Pachta.

12.

Ferdinandus Tertius etc. Illustres, Magnifici, Nobiles et Strenui, Fideles Nobis Dilecti! Depraedicata Nobis fuit vestra hucusque in defensione veteris et novae Urbis Pragensis continuata virtus, atque in arcendo, invadendoque hoste eminus cominusque impensum studium. Quod cum maxime Nobis pergratum acceptumque accidat, vobis vero omnibus et singulis ad aeternae laudis memoriam cedat, et non minus decorum sit pacis tempore legibus, quam belli occasione armis ornatum esse, ita hanc vestram fidelitatem et eximium valorem, quo pro viribus vestris patriae communique bono subvenire contenditis, gratia Nostra Imperiali et Regia data occasione benigne recognoscemus, nullatenus dubitantes Nos adhuc diutius in propugnanda dictarum urbium opera et alacritate vestra pronti hucusque strenue et laudabiliter ac cum omnimoda Nostra satisfactione demonstratis, ita penes militare

Digitized by Google

praesidium fidelesque status, et cives Nostros collaboraturos, quatenus non solum hosti ulterior progressus praecludi, sed etiam parva civitas ex manibus ejusdem eripi et recuperari possit. Et Nos de cetero vobis omnibus et singulis Imperiali Regiaque gratia Nostra benigne propendemus. Dabantur in arce Lincensi 8. Septembris 1648.

Ferdinandt.

Georgius Comes de Martinitz,
R. Bøh. Cancellarius.

Ad Mandatum S. C. M^tis. proprium
Pachta.

---

13. Statuta Universitatis Carolinae sub Protectoratu (proposita a Decanis et Professoribus ejusdem ad approbandum).

I.

Protector Universitatis non votis et electione, verum immediate a S. C. M^te. constituitur. Unde major authoritas eidem competit, quam Rectori Magnif. cum propter Jus Rectoris potestatem habeat a C. M^te. sibi delegatum, eandem protegendi, atque in Suo statu juxta omnia Jura, Privilegia, immunitates, leges et consuetudines conservandi.

II.

Et tametsi per constitutionem bullae Innocentii VII. Rector Magnif. sit Vice-Cancellarius, ejusdemque functiones exercere possit; hanc tamen Jurisdictionem Protector Universitatis non ex hoc capite, Verum tanquam ordinariam Suoque officio annexam a C. M^te. commissam habet.

III.

In actibus publicis, in quibus Magn. Dnum. Protectorem adesse contingit, sive ex officio, sive honoris gratia; Sceptrum Universitatis immediate eidem praeferri debet.

Digitized by Google

IV.

Reliqua membra Universitatis hunc ordinem dignitatis tenere et observare debent, ut primum locum dignitatis habeant duo Seniores, ut pote S. C. M^tis. Consiliarii et juramento fidelitatis eidem obstricti. Senior autem Seniorem anteit, non vi Facultatis sed temporis, quam quidem dignitatem juxta constitutionem et Privilegium S. C. M^tis. immediate consequuntur cum prima lectione in utravis Facultate. Sequuntur duo Decani Juridicae et Medicae Facultatis, tum reliqui Professores ordinarii et extraordinarii, qui jus habent Cathedrae superioris, hos Ex-Decani et reliqui Doctores juxta ordinem, quo in facultatem quisque fuerit admissus.

V.

Medici provinciales, si non ex facultate fuerint assumti, quousque in eam admitti non petierint, neque privilegiis academicis gaudere, neque in Electione Decani votum activum et passivum habere poterunt.

VI.

Quando vero collegialiter et ex officio Physicatus adesse contingit, illum ordinem observare debent in sedendo et subscribendo, quem ratio temporis praescribit; ut prior tempore sit potior jure, nulla ratione tum habita cujusquam praerogativae aut reliquorum titulorum, primus vero ex his titulum senioris obtinebit.

VII.

Quandocunque utriusque Facultatis Sceptra praeter Sceptrum Universitatis in publico, praesertim vero in templo Academico Divae Virgini dicato comparent, quod non nisi in Solennitatibus dictae Universitatis, et quando Juramentum de immaculata Conceptione Bss^mae Virginis ibidem renovatur, fieri consuevit, uterque Decanus sua epomide ornatus procedit.

VIII.

Quodsi praeter sceptrum Universitatis unius tantum Facultatis Sceptrum ad aliquem actum ejusdem celebrandum comparet, tunc Decanus illius Facultatis solus epomidem gestat, et ante alios subsellia superiora occupat.

Digitized by Google

IX.

In actu solenni alicujus promotionis publicae, cui D. Protector interest, cum duo tantum Sceptra proferuntur, Sceptrum nimirum Universitatis et Sceptrum Facultatis, in qua fit promotio, primo quidem anteit Pedellus, qui sceptrum fert dictae Facultatis; hunc immediate Candidati, illos Promotor sequitur epomide indutus, inde Pedellus Universitatis Sceptrum praeferens Magnif. Protectorem antecedit, quem duo Seniores comitantur. Subsequuntur reliqui Academici, atque imprimis Decanus Facultatis Juridicae cum suis Membris, tum Facultatis Medicae cum suis, qui potissimum ordo servatur, dum ad Aedem Divae Virginis Sacram accedunt.

X.

Simili modo in disputatione publica Pedellus praefert Sceptrum illius Facultatis, in qua fit Disputatio: Pedellum Candidati, hos Praeses Disputationis, tum Reliqui Decani et Doctores suo quisque ordine sequuntur.

XI.

Ad Seniores spectat Senatum Academicum ob negotium publicum Universitatem concernens advocare, rationis ab eo, qui administrationi bonorum praepositus fuerit, acceptare, et ad Senatum referre; bullam auream cum reliquis privilegiis, contractus, obligationes, apochas et quaecunque in Archivo servari solent, cum Sigillo et Sceptro Universitatis custodire.

XII.

Officium vero Decani est, ea, quae cujusque Facultatem proprie concernunt, curare: ut Studiosos in Album, Graduator vero in Facultatem referre; examinare et approbare ejusdem Facultati subordinatos et subjectos; Testimonium abeuntibus Studiorum et vitae actae exhibere; praesidere actionibus ad facultatem illam pertinentibus, vota reliquorum colligere et concludere. In qua quidem functione locum habet ante Seniorem, ad quem proinde spectat Matricula, Sigillum cum Sceptro ejusdem Facultatis.

XIII.

Eligitur Decanus eodem die, quo prior officio se

Digitized by Google

abdicavit, deposito sigillo cum Sceptro et Matricula: Eligi vero potest in Decanum quivis in Facultatem receptus, idque suffragiis, quo magis libere fiat, occultis in Urnam conjectis, quae Notarius colligit, pluribusque votis electum Decanum pronunciat, atque nomine facultatis Sigillum cum sceptro et matricula eidem consignat.

XIV.

Tametsi omnes in Universitate de facto studentes sub ejusdem Jurisdictione contineantur, ac proinde si Magistratui Academico expedire videatur, in eadem conveniri possint, non tamen nisi immatriculati ejusdem Privilegiis favorabiliter gaudere poterunt.

XV.

Quodsi ex alia facultate seu Theologica seu Philosophica quispiam immatriculari et in Album Universitatis Carolinae referri cupiat, immatriculatio haec non per aliquem ex Decanis, priusquam dictae facultates fuerint constitutae, verum per Seniorem, cui a Magnif. Protectore haec functio fuerit demandata, peragetur.

XVI.

Quia vero ex speciali Decreto C. M^tis. ad facultatem Medicam pertinent omnes eidem subordinati, ut Apothecarii, Destillatores, Chirurgi, atque etiam obstetrices, non solum in hac Triurbe, verum etiam in Regno universo domicilium habentes; necesse ut horum omnium nomina in Album referantur. Et nè per cujusquam imperitiam aut improbitatem incolae detrimentum patiantur, inquisitionem diligentem habebit Decanus, atque suspectos aut recenter ad eam functionem accedentes examini subjiciet.

XVII.

Ubi vero examen institui debet, id quidem non per se Medicus exequetur, verum si Apothecarius sit, duos Apothecarios, si Chirurgus, duos Chirurgos, si obstetrix, duas Matronas probatae fidei et experientiae sibi adjungendae.

Digitized by Google

XVIII.

Et quia ob distantiam Locorum aut hominum multitudinem fieri nequit, ut vel hi in Universitate compareant, vel Decanus ad singula loca excurrat; hanc functionem Medicis in facultate approbatis committet, ut quisque in districtu sibi assignato informationem de singulis accipiat, suspectae fidei examinet, deque singulis ad facultatem informationem transmittat.

XIX.

Qui autem praxim medicam ubivis locorum exercere, aut nomen Doctoris usurpare voluerit: necesse ut coram Facultate Medica ejusdemque Decano praesentem se sistat, suaeque promotionis testimonium, aut doctrinae et artis quam profitetur, specimen exhibeat, ac proinde nulli, nisi testimonium suae probationis a Decano facultatis Medicae habeat, in hoc Bohemiae Regno praxim exercere licebit.

XX.

Visitationes officinarum et pharmacorum annis singulis, idque circa Festum S. Michaelis instituendae, et quidem in hac Triurbe ac Facultate Medica Adjunctis duobus Pharmacopoeis, in districtibus vero per Medicum eidem loco magis vicinum.

XXI.

Priusquam vero visitatio instituatur Pharmacopoei a Decano Facultatis Medicae per Pedellum citati, die et hora dicta omnes simul comparebunt in Auditorio dictae facultatis, ubi in praesentia DD. Capitaneorum hujus Triurbis Juramentum juxta formulam praeconceptam praestabunt.

XXII.

Et ne nimium pretium, quod quisque sibi arbitrarium hactenus constituit, etiam tenuioris fortunae ab usu medicamentorum excludantur; eorumdem taxa seu pretium tolerabile et ex fide constitui atque typo vulgari debet; quae annis singulis juxta variationem pretii materialium, et simplicium, sive in totum, sive in aliqua parte mutari poterit.

Digitized by Google

XXIII.

Ex proventibus Academicis decisa parte necessaria in usum Oeconomiae, reliquum in Professores partiendum ea ratione, ut si Salariis sint pares, vel majores, si singuli totum Salarium recipiant; sin minores, pro rata cujusque portione. Excessus vero in aerarium reponi, atque in usus necessarios servari debet.

XXIV.

Quia vero bellorum tempestate Professores annis singulis minus recipiebant, quam Salaria a C. Mte. iisdem deputata exigerent; inde factum, ut per annos plures crescendo ad magnam summam hujusmodi restantiae devenirent. Quorum solutio non ex proventibus annue currentibus, nisi prius actu profitentibus satisfiat (tum enim quod abundat, etiam huc trahi potest) verum ex reditibus annorum superiorum Universitati debitis et necdum solutis instituenda divisione proportionaliter et geometrice facta pro restantiae cujusque ratione.

XXV.

Nec solum in Professores actuales, verum etiam in eos, qui Professioni renuntiarunt, atque in Defunctorum haeredes hujusmodi reditus ex annis praeteritis collecti, aequali jure ac proportionaliter partiendi. In proventus vero annue currentes, hi nihil juris, nisi forte Salaria ejusdem anni excedant, praetendere debent.

XXVI.

Ne vero quisquam in sua praetensione defraudetur, instrumentum publicum, in quod omnium Restantiae referantur, confici debet, Magnif. Rectoris, nec non omnium Professorum subscriptione atque sigillo Universitatis munitum, quod in Archivo servandum. Exemplar vero hujus singulis, quorum interest, ab Universitate, si habere velint, exhibendum.

Digitized by Google

14.

Ferdinand der Dritte, von Gottes Gnaden erwählter römischer Kaiser, auch zu Hungarn und Böheimb König.

Ehrenveste und Gelährte liebe Getreue; Demnach Wir aus tragender landesväterlicher Sorgfalt, wie Unserer Königlichen Prägerischen Universität wieder aus dem Grundt geholfen, und das aldortige Studium in rechten Flor gesetzt und beständig reinstituirt werden möchte, in absonderliche reiffe Berathschlagung gezogen, und Gott dem Allmächtigen zu Ehren, Unsers Königreichs und incorporirten Landen gemeinen Wesen zum Besten, insonderheit aber zur Beförderung der allein Seeligmachenden römischen katholischen Religion Uns gnädigst resolvirt und entschlossen. Daß zuvörderst eine Union der Ferdinandeischen mit der Caroliniſchen Universität geschehe, die in der Carolina abgehende Facultates Theologiae et Philosophiae mit denen bis dato in Ferdinandea wohl versehenen Professsuris supplirt, und dergestalt in Unsern Königlichen Präger Städten eine vollkommene Universität seyn, selbe

zum Andern Carolo-Ferdinandea genennet, und bei allen ihren wohl hergebrachten Privilegiis oder Bullis ohnveränderlich erhalten.

Drittens: Das Cancellariat dem Prägerischen Erzbischofen in terminis Bullae Clementis et Bonifacii überlaſſen.

Viertens, das Rectorat, so in Kraft besagter Privilegien oder Bullen zugleich des Vice-Cancellarii Function auf sich hat, durch alljährige Wahl gedachter Privilegien und Bullis gemäß per Facultates et a Theologia incipiendo, ambulatorium sein, unter denen Theologis und Philosophis nicht der Rector Collegii Ferdinandei allein, sondern zugleich der Praepositus Domus Professae in der Kleinern, und der Rector Collegii ad Templum Corporis Christi in der Neuen Stadt Prag, alle drei Societatis Jesu begriffen und eligibiles seyn,

Digitized by Google

der Electus uns allemahl ad confirmandum praesentirt, und dergestalt das bisherige Protectorat aufgehoben.

Fünftens: die Collatio Juris et Medicinae Cathedrarum in Unser disposition bleiben, wie auch sonst allen Facultaeten Professoren seu Cathedrarum praesentation zu Unsern gnädigsten Confirmation beschehen.

Sechstens: die Administration der caroliniſchen Gütter durch einen Amtmann bestritten, welcher von Unserer Königl. böhmischen Kammer bestellt, der Magnificus und der Facultaeten Seniores die Inspection darüber haben, seine Raittungen revidiren, alsdann zu besagter Unserer königl. böheimischen Cammer erlegen, Er Amtmann die Verantworttung zu thun schuldig seyn, und denen Professoribus Juris et Medicinae aus denen Einkünften die Besoldung reichen;

Endlich der locus Scholarum seu Auditoria et Lectiones, wo Sie anizo gehalten, bleiben, aber alle actus publici, Solemnes und promotiones aller Faculteten in Carolino verrichtet werden sollen.

— — — — —

— — — — —

— — — — —

Geben in Unser und des heiligen römischen Reichs Stadt Regensburg den drey und zwanzigsten Monatstag Februarij, im Sechzehnhundert vier und funffzigsten, Unserer Reiche des Römischen im Achzehenden, des Hungerischen im neun und zwanzigsten, und des Bohemischen im sieben und zwanzigsten Jahr.

Ferdinand.

Johannes Hartvigius Comes de Nostiz,
R. B. S. Cancellarius.

Ad mandatum S. C. R. Maj. propr.

Frantz Graf v. Pötting.

Pachta.

Digitized by Google

15.

Ferdinand der Dritte. Instruction und Befehl Unserm Königl. Appellations Rath, dem ehrenfesten und gelehrten Franz Ferdinand Cameel beider Rechte Doctor, wie selber in dem von Uns aufgetragenen, bey Unserer Carolo Ferdinandeischen Prager Universität gnädigst constituirten Superintendenten Amt, seinem Berufe nachkommen, und worauf Er absonderlich ein wachsames Aug haben, auch sonsten seine Verrichtung seyn solle.

Zuförderst ist ihm vorhin wohl bewust, was gestalt Wir unter andern akademischen Verfassungen dieses Superintendenten Amtes zu Prag, außer desjenigen was Wir in Unserer dießfalls ergangenen gnädigsten resolution per expressum verordnet haben, in allem übrigen auf der Wiener Universität Form und Weise allergnädigst resolvirt und angestellet, ihm es auch solchem nach gnädigst auftragen.

Nachdem Wir nun vermög Unsers an Unsere Königlichen Stadthaltere untern dto zu Ebersdorf den 24 Monaths Tag Septembris jüngsthin gnädigst gefertigten Schreibens anbefohlen, von ihm das jurament (wie bereits geschehen) abzunehmen; also ist Unser ferner gemessener gnädigster Wille, daß Er solcher von ihm abgelegten Pflicht nach bey den consultationibus academicis, denen Er dann jedesmal beiwohnen wird, den statum publicum alles Fleißes beobachten, in den Sachen, so in das jus et statum publicum directe oder indirecte einlaufen möchten in Unserer Gegenwart Uns, in Unserer Abwesenheit aber vorermeldeten Unsern Königl. Stadthaltern allemahl hievon Anzeige thun, damit wieder die allgemeine Landesverfassung nichts praejudicirliches vorgehe, gebührende Aufsicht haben, allen dem allgemeinen Wesen etwa gefährlichen Vornehmen zeitlich steuern, durchaus nichts conniviren oder dissimuliren, bey den disputationibus publicis, die zu publiciren bevorstehenden conclusiones oder theses allemahl vorher revidiren, und Unserm Königl. Gubernio auch vorher communiciren solle, allermassen dann ihm noch darüber

Digitized by Google

nicht weniger obliegen wird, darauf fleißig Acht zu haben, daß angedeuten von Uns bereits ergangenen, wohlerwogenen Recht und billig mäßigen, wie auch fürder noch etwa erfolgenden allergnädigsten Carolo Ferdinandeischen Universität unions Verfassungen und Resolutionen in allen und jeden ihren Satzungen, Artikeln, Klauseln und Innhaltungen, getreulich nachgelebet, dawieder nicht das geringste directe vel indirecte vorgenommen, sondern alles und jedes, was Wir dieses Orts der Universität zu observiren bereits allergnädigst anzubefehlen geruhen werden, in genere et in specie wirklich allergehorsamst vollzogen werde; Um dessentwillen und zu solchem Ende, damit selber, was Er dießfalls zu beobachten, und worauf jetzt angeregte Königl. Universität unions Verfassungen bestehen, dessen verläßlichere Nachricht und Wissenschaft haben möge: wollen Wir ihn nicht verhalten, was gestalt das prager studium in gebührenden Flor, rechten Schwung und Vollkommenheit zu setzen; Wir untern dto Regensburg den 17 9ber nächst vergangenen 1653 Jahres, Uns folgender Gestalt allergnädigst resolviret, daß

1. Eine Union der Ferdinandeischen mit der Caroliniſchen Universität sub titulo Carolo-Ferdinandea erfolge, die in der Carolina abgehenden facultates Theologiae et Philosophiae mit denen vorhin in Ferdinandea wohlversehenen professuris supplirt und dergestalt in Unsern Prager Städten eine vollkommene Universität aufgerichtet; selbe

2. bey allen ihren wollhergebrachten privilegiis oder bullis unveränderlich erhalten;

3. Das Cancellariat den Prager Erzbischöfen in terminis bullae Clementis et Bonifacii überlassen

4. Das Rectorat, so in Kraft besagter Privilegien oder Bullen zugleich des vice cancellarii function auf sich hat, jährlich (wohlgedachten Privilegien und Bullen gemäß) durch die Facultates, et a Theologia incipiendo, ambulatorium seyn, unter den Theologis und Philosophis aber nicht der rector Collegii Ferdinandei allein, sondern zugleich der Praepositus domus professae in der kleinern und der rector collegii ad

Templum Corporis Christi in der Neuen Stadt Prag alle drey Soctis Jesu begriffen und eligibiles seyn, der Electus Uns allemahl ad confirmandum praesentirt, und dergestalt das vormahlige Protectorat aufgehoben.

5. Die collatio Juris et Medicinae cathedrarum in Unserer Disposition bleiben, wie auch sonsten aller Facultaeten, Professoren, seu cathedraticorum praesentation zu Unserer gnädigsten confirmation bestehen.

6. Die Administratio der caroliniſchen Güter durch einen Beamten bestritten, welcher von der Königl. Böhmiſch. Kammer bestellet, der Magnificus Rector und der Fakultäten Seniores die Inspection darüber haben, seine Raittungen revidiren, alsdann zur besagten Königl. Böh. Kammer legen; Er Amtmann die Verantwortung zu thun, und dieses alles mit Ihm Superintendenten zu communiciren schuldig seyn, sodann den Professoribus Juris et Medicinae, außer den Einkünften, wie allhier zu Wien, mit Vorwissen jetzt ermeldeten Superintendentens (als der die Austheilung des Stipendii Universitatis, wenn es zusammengebracht wird, ohne Anstand denen, so es meritiret, nachdem Er dießfalls von den Decanis Juridicae et Medicae Facultatis mediate und ihr Amtmann immediate informiret werden wird, anzuordnen hat) die Besoldung reichen; allermaßen dann der Superintendent keinem die Besoldung verbiethen, oder zu liefern verhindern solle, aus was Ursachen es immer sey, außer wenn Wir es entweder selbst oder durch Unser Gubernium ihm gnädigst befehlen würden. Dahero und weil Er auch die remanentias, so etwa mit der Zeit ex causa vacantis professurae, oder sonst erspart würden, allein dahin wo wir selbe auszugeben immediate oder mediate bey ihm gnädigst verordnen möchten, getreulich anzuwenden haben wird; so soll er fleißig urgiren, daß die halbjährigen Raitungen von dem Amtmann bey Unserer Königl. Böh. Kammer ordentlich erleget, und daselbst aufgenommen, sodann ihm die Mängel communiciret, und die remanentiae percepti et expositi zu seiner Nachricht communiciret werden.

Digitized by Google

7. Der Locus Scholarum seu Auditoria et lectiones, wo sie jetzt gehalten werden, soll bleiben, aber alle actus publici solennes et promotiones aller Fakultäten in carolino verrichtet werden, und gleich wie Wir darauf unabläßlich gnädigst bedacht seyn, womit diese nunmehr unirte Unsere Carolo Ferdinandeische Universität, in die erfordernde Vollkommenheit gesetzt und eingerichtet werde, also haben Wir in nachfolgenden dieses Werk betreffenden punctis Unser allergnädigst geschöpfte resolution sub dato den 8. Monaths Tag July jetzt laufenden Jahres nochmahls ergehen lassen, daß nemlich

8. Den Magistratum Academicum der Magnificus rector, nach ihm der Magnificus Superintendens, sodann 4 Decani, deren aus einer jeden Fakultät einer seyn soll, endlich 4 Seniores Facultatum, also 10 Personen constituiren, und diesem nach

9. Wenn künftig die Zeit eligendi rectoris magnifici kommen wird, daß ein anderer durch die 4 Decanos eligirt werde, und in paritate votorum der Superintendent die Majora machen, et in hoc solo casu parium votorum ad electionem eine Stimme haben solle, sonst, als wie allhier zu Wien, allwo der Superintendens, da Er vorher ein immatrikulirtes membrum der Universität gewesen, auch ein votum mit führet, soll es daselbst auch also gehalten werden, wann aber Materien in die deliberation kommen möchten, so etwann directe oder indirecte das Jus oder statum aut tranquilitatem publicam quocunque modo betreffen könnten, soll des Superintendenten votum nicht allein vor andern wohl attendirt werden, sondern Wir geben Ihm ferner hiemit die Macht und Gewalt auf solchen Fall daß widrige conclusum zu suspendiren, solches an Uns oder in Unserer Abwesenheit an Unser Gubernium zu bringen und die Nothdurft und Forderung gebührend dieses Orts einzuholen.

10. Daß die Professores Theologiae et Philosophiae, so oft damit einige Veränderung geschieht, zu Unserer allergnädigsten Wissenschaft und Confirmation Uns allemahl benannt, gleich wie die Juris et Medicinae laut obberührten

ergangenen Unions decrete von Uns immediate resolvirt werden sollen.

